

August Varenius Herboldus Kellius

Illustrissimorum Locorum, Libri Elleschmoth s. Exodi Decas XIII.

Rostochii: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000365>

Druck Freier  Zugang



Ru. Med 1653

Varenius, Magist / 6
Vest. Kellius, Herbold

13.
ILLUSTRISSIMO
RUM LOCORUM,
LIBRI ELLESCHMOTH
ſ. EXODI

DE CAS
XIII.

Quam

In celebratiffimâ Academia
Rostochienſi

מִן נֹסֵד
PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. D, Hebraicorum Prof. Publ.

Ad d. 10. Decemb. h. matut.

In Auditorio Majori publicè
defendet

HERBOLDUS KELLIUS,

Hannoveranus.

☞ (:) ☞

ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

Anno c1s 1s c LIII.


u.

ILLUSTRISSIMO
R. M. L. COPIUM
L. A. R. S. S. M. O. R. I. S.

DE CAS

in celeberrima Academia
Rostochensi

AUGUSTO VARENNIO



MEMORANDUM

Libraria

ROSTOCK

1770

DN. *Ad praestantissimum & Eximium*
DN. HERBOLDUM KELLEN,
Amicum & Conterraneum dilectum
RESPONDENTEM.

M^{an}, *Nes Jab, Iuro mamoras, populumq;* מן יאב:
Sit tibi IAH, *Man, Nes: Spondeo, victor eris.*

Celerrimè inter occupationes

Augustus Varenius. SS. Th. D.
Hebraicorum & Cateches. Christ.
Prof. publ.

HARBORD CELLIUS.

per anagr.

HIC ARDOR BELLUS.

ARDOR HIC EST BELLUS; *res est bellissima, Manna,*
Quod iraelas. Ardor crescat amore Dei.
Sic labor, & studium tibi. CELLI proderit olim,
Utilis & patria BELLUS HIC ARDOR erit.

Henricus Rabne

J. D. & Prof.

Praeside VARENIO, quem noster suspicit Orbis,
Differis ex linguae fontibus Isacia.

Delitias è delitiis haurire laboras,

Et Mannæ viguo nectare vena fluit.

Nil juvat Assyriâ crines perfundere myrrhâ

Sed mentem *Manna* condecorasse juvat.

Macte piis studiis; digna est industria Coelo;

Edulebens vitam lætificans animam.

Lingua-

Lingua favos fundens, plenumq; os nectare KELLI est
Dum sub VARENIO mellea verba notat.
Vt bene coepisti, pergas; Nam ardua res est
Vincere Se, Mundum, dæmona, barbariem.

*Præstantiss. Dn. Respondenti Herboldo Kellio Amico ac
in Collegg. Auditori Chariss. l. m. gratul.*

M. M. Watsonius.



Frange nucem nucleus fractus a nuce per venit esu:
Verba DEI sensum, non nisi fracta dabunt.
Frangit Philologus, nucleos componit & offert
Theiologo logicè mens proba Philosophi.
Ergo frange nucem, nucleo sic vestere Schemot
Mosche mi KELLI. Vis tibi subsidium?
Præsto est; Theiologum quem sat sua scripta celebrem
Nec non Philologum, Philosophumq; probant
Is tibi præsidio; contextus verba securus
Quo nihil in sacris tutius esse potest.

Hilse amorem cum omnis generis prosperitatis voto
erga Dn. Resp. & in Colleg. Auditor: testari volui

M. Theodorus Jordan.

Das nicht lobens werth? daß sich Herr Kell ergenet
und lust zu reden hat von süßen Himmel-Brod/
Daß für das Gottes Volck sich wundernd hat entsetzt/
Da es vom Himmel sitz zu erst in ihrer Noth;
und dieses nicht allein; Er wird auch angeleitet
Vom werthem Gottes Geist; daß Er recht reden kan
Von dem was vormals ist durch jenes angedeutet/
Versteh des Lebens Brod; das rechte Himmels Man-
Daß uns der Vater hat vom Himmel her gegeben
zu unser Seelen Speiß und heilsam Arzenei.
Wir loben billich das; und wünschen auch daneben
Daß es Herrn Kellen Speiß beyds uez und ewig seyn!
Johannes Basmer/ von Hannover/
der Rechte Geist.

DECADIS XIII.

LOCUS I.

MANNA.

Exod. XVI.

Concl. I. Cum in Decade superiori illustrem, de *Manna* לֶחֶם אֱמֹרִים, materiam publicè proposuerimus, nunc nobilissimam illam quæstionem scrutinio subijcimus. Quæritur scilicet an *Manna* Israeliticum idem specie fuerit cum illo, quod in Meteorologiâ, à Physicis proponitur, & ab hoc *Moisaico* denominatur *Manna*? Ambrosius lib. 8. ep. 62. in ipso *objectione* nihil singulare videtur statuere. Verba ejus in ipso *epistolæ* initio hæc sunt: *Quæris à me cur Dominus Deus Manna plueris populo patrum, & nunc non pluat. Si cognoscis, pluit, & quotidie pluit de caelo Manna fervientibus illi. Et corporeum quidem illud Manna hodie plerisque, in locis invenitur: sed nunc non est tanti res miraculi, quia venit quod perfectum est corpus ex virgine.* Apertius autem *Vallesius* de *sacra Philof.* c. 57. aliiq; recentiores eandem omninò rem & secundum suam naturam ejusdem speciei cum *Vulgari Manna* fuisse statuunt, conf. & *Cardan.* p. 987. *subtil. Scal.* exer. 164. Nolumus jam *μετῶε λέος*, an *Manna* illud vulgare (eadem ferè ratio *Mellis* & *Laudani*) rectè, ut species rotis ad Meteorologiam referatur *Physicam*? sanè *Μετῶεον* omne est corpus imperfectè mistum, ita ut ob imperfectionem termini minus sit vel *ἰατρικόν*, vel *βρώσιμον* / *γενητόν*: at in *Manna* vulgari contrariū obtinere, idem longè alium quàmros, eumq; tum alimentorū, tum medicamentorū, in leniter purgando, & humores biliosos à corpore educendo, usum præbere, iidem testantur, qui *Manna* ad Meteororum classem transcribunt. Cæterum, uti de generatione *Manna* hujus, alii aliter sentiunt, ita ut non admittant nisi *Manna* *ἰατρικόν*: ita alii *Manna* ampliant, usq; adeò ut & *Manna Polonicum*, non tam in *pharmacopoliis*: quàm *cu-*
linis

linis gratissimum, & *Manna Rusticorum* includatur, quod posterius nos rusticis relinqvimus, pollucibilius cœnaturis commendantes *Mannâ* prius.

Concl. 2. Meminimus supra *Mannâ Calabrienfis*, quod præstantissimum commendatur, maximè ex *Oenotria* quodam loco, nunc *Spolezano* Ducatu, in quem singulis ætatis descendit, & ab omnibus excerpitur. Memorabile est, quod de illo *Mannâ*, ex *Brassavolo* meminuit *Joannes Renodæus Medicus Parisiensis Regius in dispensatorio Medico lib. 1. sect. 1. c. 7. p. 153.* Hunc locum, inquit, *Reges Neapolitani olim occluserunt, ne quis sine vectigali assumeret: occluso loco desit Manna, nec descendit. Eo recluso & vectigali remoto, iterum descendere cepit: sed rursus clauso loco & recluso, & postea clauso cessavit: ita ut Reges postea liberum locum reliquerint, & omnibus colligere permiserint: idem scribitur de Tragaseo sale in Epiro, cui cum vectigal injunxisset Lysimachus, evanuit: mox demto vectigali succrevit. Idem modo allegatus Regius Parisiens. Medicus: Præstantissimum, inquit, natura donum & mira divinitatis plenum est *Manna*, non modo quæ præter natura leges, *Israeliticis* alendis è cœlo pluit: sed quæ nobis quotidie medicandis mellei, aut saccharei roris modo è *Jovis* nubibus super frondes exsudat: non minùs enim, ut illi suas olim grandines sacchareas: ita nunc nostros agricola vulgarem & granatam *Mannam* mirantur, dum exultantes canunt: Jupiter melle pluit.*

Concl. 3. Ut demus, *Manna* illud *Israeliticum* convenisse cum *Vulgari*, formâ quâdam accidentali, e. c. quod utrumq; rôsundum, gummosum &c. fuerit, negamus: dem fuisse speciem cum nostro *Manna*: quia i. differunt causis internis: fuit quidem illud *Manna* in productione conjunctum cum rore: sed non fuit ex rore, vel rorido vapore, & plantarum exsudantium cremore: in generatione *Vulgaris* *Manna* supponuntur exhalationes & vapores roridi, qui acere diurno calore eosti noctu cum exsudationibus plantarum misti, in unam naturam seu succum condensatum cœunt, quæ sit *Manna*: at *Manna* illud *Israelitarum*, rori contradistinguitur: non ex rore genitum memoratur, nedum ex herbarum exsillationibus: sed cum rore ut strato conjungitur, & distinctè tum in ortu singularum noctium: tum in abitu memoratur: potuit quidem

ros ille prohibere etiam hic, ne Manna dissipetur: cœterum, quando in nostro Manna fit illa vaporum cum rore conjunctio noctu, non jam tùm est Manna: sed in illa conjunctiõne & misturâ succi plantarum cum rore demum successivè generatur Manna, seu compositum illud ex rore, & plantarum vapore: at illud *Israeliticum*, jam tùm fuit Manna, non vapor & materia informis Manna, quando descendit cum rore, nec dicitur ros illapsus vaporì, ut inde per successivam indurationem, condensationem, seu coagulationem fieret Manna: non ergò fuerit compositum ex rore & plantarum vapore, & adeò nec idem specie cum Vulgari, Manna *Israeliticum*. II. Unde *benedictus vapor plantarum & herbarum* in deserto, יליל ישימו, ipsâ ariditate & terrificâ *Draconum* ejulantium voce horrendo, in aridissimis illis *Arabia desertis*, ubi pluvia miraculum est, haustus aqua, inestimabile refrigerium? At ille succus exsudans ex plantis & herbis, est de essentia *Vulgaris Manna*: E. non est utriusque eadem specie natura: sed uti vulgare Manna ex mistura illâ vaporum naturali modo concrefcit: ita Manna *Israeliticum* sine tali causa naturali, sine ullo *terrae vel herbarum cremore*, solâ supernaturali, divinâ & miraculosâ virtute productum fuit; unde & non ex *Physica* nomen expromptum *Israelitis* erat: sed ex *Theologia Man*, item: panis *IHOVAH*.

Concl. 4. Urgemus III, *Ida* seu propria & decem Manna illius singularissimas excellentias, quorsum referim⁹ 1. *Excellentiam originis* specialitèr notatam phrasi: Ego pluere vobis faciam panem ex ipso cœlo, Exod. 16, 5. & illâ *נאגג צג צד* Davidica: *Præcepit nubibus supremis, ut demitterent pluviam Man, & aperuit portas cœlorum, & pluere fecit super illos Man ad manducandum*, Pl. 78, 22. 23. Non ergò antea apparuit tale Manna. Atq; hoc ipsum illustratur magis 2. per excellentiam nominis, quo vocatur *Cibus preparatus, singulari scil. Dei artificio*, item: *Erumentum cœlestè: Panis potentissimorum Angelorum*, Pl. 78, 22. 23. 24. Sap. 16, 20. 3. *Excellentiam naturæ dispositionis*, quâ *crudum Manna*, suavissimum simile mellitæ, seu epichyti melle conditi gustum manducanti dedit Exod. cap. 16. 4. *Excellentiam singularissimæ proprietatis*, quod molâ frangi, in mortario teri, tundiq; potuerit, Num. 11, 8. 5. *Excellentiam voluptatis, &*

variaz gustuum suavitatis, quã in cacabo coctum, non saltem suavissimas dabat placentas subcineritias: sed etiam ad omnem voluptatem & desiderabilem gustum poterat temperari, prout quisq; exoptabat, Sap. 16, v. 21. 6. Excellentiam continuitatis, & pluralitatis, quã per totos 40. annos æquè vere & autumno, æquè æstate ac hyeme, nullã obstante aeris mutatione, æquè in aridis ac frigidioribus locis, singulis diebus novum & ordinarium destillavit Manna, idq; nonnisi ad sola Israelis castra. 7. Excellentiam Sabbat & sanctitatis: quã Manna reliquis diebus ultra solem occasum reservatũ putrescebat: die autem Sabbat, reservatum, nescium putredinis erat. 8. Excellentiam finis, qui erat expromptum alimentum: non præcisè medicamentum. 9. Excellentiam formalitatis, respectu pellucidissimæ formæ Bdolach, uti & accuratissimæ figuræ מַנְּחֹתֶיךָ: neq; opus fuisset Israelitarum admiratione & tam specialissimã descriptione, si fuisset meteorum aridum: neq; enim tam bardi erant Israelitæ, ut rorem vel mellis ignorarent speciem. 10. Excellentiam desitionis & æterni memorialis, quã simul ingressi sunt terram tritici feracem, desit Manna & iustus Mosehe ac Aaron, urnam continentem Omer Man (dimensum scilicet diurnum Viri Israelis) coram arca & tabulis legis solemniter, ante conspectum IHOVAH collocare, aservandum ibi sine corruptione per omnes ætates, ut videant panem illum, quò vos cibavi in hoc deserto. Exod. 16, 33. Cui bono illud, si idem illud specie cum Mannã vulgari? neq; enim tum ad Arcam recurrere causã videndi Manna, opus erat. Relinqvimus ergò suum Manna, Medicis, Polonis, Rusticis, Alchymistis, quibus & liberum erit, ex arca granula quædam Manna hujus petere, & tentare, an resolvantur in nitrum, & Sal Armeniacum.

LOCUS II. Exod 16, 33. 34.

וַיִּצְלַח Urna aurea Manna.

Und Mose sprach zu Aaron: Nim ein Reisklein/ und thu ein Omer voll Man drein/ und lag es vor dem HERRN zu behalten auff eure Nachkommen.

Concl. 1. In perpetuum tanti beneficii & miraculi monumentum, imperatur à Deo per Mosen Ahron, Urnam, Omer Man
na ad

na adimplere, eandemq; coram Domino, & testimonio solemniter collocare: finis hujus מִשְׁפַּחַת seu *affervationis*, ponitur resp. *generationum futurarum*, ut videant, quis ille panis admirabilis, per XL. annos alimentum Israelis in deserto, fuerit. Qværitur hîc 1. *an in isto textu datur prolepsis?* Negamus. *Affervatio pleni Omer Man*, jam tum imperari: *Urna* item ab *Aarone*, tum statim potuit impleri, vel ut erecto tabernaculo collocaretur in sanctuario: vel ita ut jam tum fuerit collocata coram IHOVAH: quomodo Luther. piè opinatur: *Sür dem Zeugnis / das ist / andem Ort / da man offerri / und beret / und da der Gnadenstuel war*: Neq; enim expresse vel *Arcæ*, vel sanctuarii hîc fit mentio, licet non negemus respectum principalem ad arcam, quæ ob *tabulas Legis*, & gloriam Domini inter Chribinos, תְּרֵינִי dicitur. Conf. *AbenEsra* ad v 32. quem hîc uti alias sequitur Trem.

Concl. 2. Qværitur 2. *quodnam sit prædicatum territorii* 3. & 4. v. 32. ? Resp. מִלֵּךְ הָעָם est subjectum: $\text{לְמִשְׁכַּן לְיִרְדֵּן}$ prædicatum: copula, implicita. Qværitur 3. *Quid notes vox* אֲרֹנָה ? Resp. 1. non habet fratrem in scriptura. 2. *auream* fuisse urnam, docet *Apostolus* ad *Hebræos* c. 9, 4. Qværitur 4. *An urna Man fuerit in arca: an supra arcam, an ante arcam, seu ad ipsum aditum sacrarii?* Resp. Neg. 1. quia in arcâ non fuerunt nisi $\text{לְחֹתֶיךָ הַבְּרִית}$ *f. ai ἀράκε. & ἀβήκη.* 1. Reg. 8, 9. nec hîc vel alibi mandatum est de includendâ urnâ *Man* (eadem ratio virgæ *Aaronis*) in arcâ: saltem imperatur collocatio coram יהוה , quod poterat fieri, si apud, vel maximè ad arcam collocaretur, Num. 17, 10. Obj. illud עַיִן הֵי Hebr. 9, 4. Resp. עַיִן הֵי includit, quæ erant in אֲרֹנָה *f. δευτερον* עַיִן הֵי *f. ἀπὸ τῆς ἀρχῆς*, seu quæ erant intra & apud arcam. Resp. 2. *urna Man debuit videri a filiis Israelis.* E.

Concl. 3. Qværitur 5. *Quod fuerit omnium miraculorum per XL. annos maximum?* Resp. *Manna* 40. annorum hoc vocant *Hebræi*. Qværitur 6. *An ille versus sit scriptus à M. se sub finem vite: aut ab aliis Dei Viris post obitum Mosis?* Affirm. prius. *Moses* *Propheta*, & Μωϋσῆς ὁ προφήτης Ἰσραηλίου .

LOCUS III.

Exod. XVII.

SUMMA CAPITIS.

Concl. 1. Iterum tumultuatur Israel: & ob aquationis in *Rphidum* defectum, Deum tentat, dum contra Deum, Mosemq; murmurat: postulat Moses, quod non dare poterat, nisi Petra Christus: *Date nobis aquam, ut bibamus: quin invalescente siti, invalescit factio, & dubia murmurantis concionis uno ore conclamatio: Quare fecisti, tu Mosche, ut ascenderemus ex Aegypto, an ad me, filios meos, & pecus meum siti erescendum? & jam sentiebat Moses de capite suo comitia fieri: qui proinde, quod unum supererat, vehementius invocat IHOVAH: Quid faciam populo huic? parvulum interest, quin me sint lapidaturi.* Exproptum clamanti Mosi datur responsum: & (*ὁ miram beneficentiam ἔνεγκεθ' ὑμῖν ἀπὸ τῆς πέτρας Patris!*) immorigeris, contumacibus, rebellibus, murmurantibus, Mose in conspectu omnium, cum comitatu Seniorum procedente, & baculo petram percutiente, fluunt aquæ: imposita loco nomina *Massa, Miriba*, æterna monumenta Israelitarum perfidix, Dei misericordiæ. Simul inde in Choreb contendunt, adorientur à tergo Israelem, ejus castra posteriora infestis velitationibus turbat, sensimq; carpit Amalek: in quem extemporanea decernitur acies: Imperator *Jhosua*: Orator *Moses*. Hoc attollente manus, prævalent Israelitæ: demittente, Amalekitæ: unde continuo sublatis & sustentatis lapide manibus Mosi, victoria antea dubia, plenè cessit Israelitis: bellum ipsum refertur in acta publica mandante Deo: & confirmatur factum seu beneficium signo altaris erecti, cum inscriptione IHOVAH NISSI: & narratione decreti divini de Amalekitæ internecione delendo.

Concl. 2. Totum ergò caput resolvitur in *Petra miraculum*, & primum Israelitarum post Exodum, bellum cum Amalekitis, seu in *Aqua & belli miraculum*. Cæterum character Hebræorum Biblicus, in tres minores Sectiones textum resolvit; quarum symbola esse possunt: I. כִּרְיֵבָה כִּסְתָה (v. 7.) seu ad *murmurationes Israelitarum Deum tentantium, & cum Mose contendentium, aquarum ex Petra ductarum miraculum*, ad y. 8. ubi novus character à novum signat argut

argumentum: 1. מלחמת אֶמְלֹכִיטִים seu admirabile Israelitarum
cum Amalekitis bellum ad v. 14. 3. IHOVAH NISSI seu æternum
belli hujus monumentum, per inscriptionem in libro & erectum altare,
in scriptum: DOMINUS MEUM VEXILLUM, cujus ratio: bellum
DOMINI in Amalek perpetuum, v. ult.

LOCUS IV.
MASSA, & MRIBAH,
AQUA ex PETRA.

Concl. 1. Is locus ubi tentatus ab Israele Deus, ex Petra
educta aquas, Massa & Mribah dictus est, seu Locus tentationis,
& contentionis, quomodo & Chaldaus reddidit, per Niffeta Maz-
zuta: nomen geminum, a gemino respectu peccati Israelitarum, quod
fuit tentatio respectu Dei, & contentio seu rixas, resp. Moſis: quæ
distinctio expressa est in ipsa facti narratione: e. c. vers 2. Et lit-
gavit seu contendit populus ille (an omnis? sanè in miraculo βρωμα &
πνευματικῶν, seu Manna particula universalis additur e. 16, 2. neq;
dubium quin in miraculo πνευματικῶν, quoq; murmura-
verint: ὀλιγοί;) cum Moſe: statim sequitur distinctio in oratio-
ne Moſis: quid contendis mecum. 2. quid tentatis Jhovah? unde & in
nomenclaturæ ratione distinguuntur contentio & tentatio: ratio
sc. הוּא ponitur: quia Israelitæ tentaverant הוּא Deum dicendo:
An sit Jhovah in medio nostri? ratio autem Mribah, ponitur רִיב
לְמֹשֶׁה seu rixa & contentio Israelitarum (cum Moſe sc.) An excluso
Aaron? conf. v 2 ubi notetur i unamquamq; rationem distingui
territorio. 2. rationem nominis posterioris, poni ante rationem
nominis prioris: ponuntur sc. nomina Massa & Mriba. at primò po-
nitur ratio Mribah: postea demum Massa, quæ de re regulam habet
AbenEsra: מַשָּׂא רֶשֶׁן הַקּוֹדֶשׁ כַּאֲשֶׁר יוֹכֵר שְׁנֵי דְבָרִים יַחַד
לְעֵלֶם מֵהַשֵּׁם שְׁהוּא קְרוֹב:

Concl 2. Coeterum nomen regionis Rphidim, ad confinia
Choreb: statio proxima fuerat in deserto Sin, in quo aliquot ha-
buere in stationes: neq; enim immediatè ex Elim in Sin, ex Sin u-
nâ statione veniunt in Rphidim: sed intercesserunt hinc stationes
aliquot,

aliquot, quæ in hoc textu notantur voce **מַסֵּיחָה** cap. 17. at
alibi Num. 33, 12. 13. nominantur *Dophka*, item *Alufsch*, conf. Exod.
16, 1. 3. c. 17, Exod. v. 1. 6. Pulchrè Chald. *ordinatorem Castrensi-
stationum* vocat **מַסֵּיחָה** seu *verbum Jhovah*.

Concl. 3. Varias Israelitarum murmuraciones memorat
Moses, tùm illas, quas ad Manna & coturnices ponit Exod. 16. tùm
quas ad alias coturnices Num. 11, 31. describit, tùm quas in explo-
ratione terræ Canaan Num. 21, 5. tùm in factione Korah Num. 16.
v. 25. Sp. S. meminit: IV. tamen licet observare *murmuraciones
Israelitarum*, ob aquam, & adeò 4. miracula suppeditati in deserto
מִצְרַיִם 1. in Marâ, ob aquas amaras, quas, quantum ad præsen-
tem populi usum attinuit, injectum lignum dulces fecit: Exod.
c. 5. v. 24. 25. ipso anno Exodi: 2. hanc in Massa & Mribah, 3. In
Kadesch, anno 40. Exodi m. 1. ubi miraculum præscribitur: *Virga
Aaronis florida accipitor, Moses & Aaron petram alloquuntur. & sola al-
locutione aquas copiosas educunt*: à qua præscriptione abiens Moses
& Aaron, tùm *virga petram percutiendo*, tùm *percussione iterando*,
non uti par erat, *sanctificavit Deum in conspectu Israelis*: ipse tamen
IHOVAH se apud rebelles *Israelitas sanctificavit*, unde ex petra illa
aqua multa prodit, ut potaretur cæterus ille ac jumenta illorùm. Ipse
Moses, sui ipsius peccati, & supplicii, seu exclusionis à terrâ Canaan
& monte Libano, veniam, quam vehementer est precatus, im-
petrare tamen non potuit Deut. 3, 24. 25. sed audivit responsum:
Jah quig seyn sage mir daven nicht mehr Num. cap. 20. & passim.
4. in *Almon dibracmah*, ubi murmurante etiam ob aquæ inopiam
Israele, jubente Deo, effosso puteo & honorato illustri à toto Isra-
ele cantico: *Ascende putee* Num. 21, 18. 19. dantur aquæ. Patet ex dictis
quater in deserto memorari miraculum **מִצְרַיִם** uti
Apostolus vocat: at bis, *aquam eductam ex petra*, utrobique quidem
percutiendo: at semel *Mosis baculo*: semel *virga Aaronis*: semel sal-
tem debuisse educi *percutiendo*: semel *petram alloquendo*, quod à
Mose tùm impatientiori, diffidenti & perturbato animo, in ite-
ratam percussione mutatum causa, fuit toties memorari Mo-
sis supplicii.

Concl.

Concl. 4. Puteum illum *Cantico nobili honoratum* Num. 21. cap. 21. veri. 18. & 19. cum Israelitis descendisse, & ascendisse per illos XL. annos deserti, memorat in l. alleg. ex Rabbiniis *Raschi*: coeterum id de *corporali puteo*, item de *corporali petra* e.c. in Choreb, in Cadesch, falsum: de *spirituali Petra*, verum: verè enim biberunt *ἐν πνευματικῆς ἀκαθάρτου πέτρας*: Petra verò illa, fuit CHRISTUS, causa scil. efficiens illius aquæ, quæ fluebat de petra in Choreb & Kadesch: unde & in primo petra miraculo, *Ecce*, ait Ductor Christus, *ego constiturus sum super petram illam, in Choreb*. Christus ergo *per se*, consistit in admirabili illa & extraordinaria sacramentali typica actione, super *petram*, vel in illâ petra corporali, & causa est. ut ex illa percussa fluant aquæ. Patet ex dictis in illa propositione: *ἡ πέτρα ἡ ὁ χριστός*, 1. Cor. 10, 4. non esse Metaphoram in subjecto: vere enim & sine translatione Christus fuit *ἡ πέτρα*, vel *הצור* idem *הצור* עמך ער.

LOCUS V.

Exod. XVII. 15.

Et extruxit Mosche altare: וקרא שמו יהוה נסי
 Chaldaeus: ופלח עליו קדם יהוה דעבר ליה נסי
 id est, *Et coluit super illum, coram Jhovah, qui fecerat illi signa miraculosa.*

LXX. κύριος μου ἡσθεσίου, id est, *Vocavit nomen ejus: Dominus est refugium meum.*

Munsterus: *Dominus miraculum meum, (i. e. Non a se pro merito: sed per miraculum, & misericordiam Dei factum est illud.)*

Trem. *Et vocavit nomen altaris: IHOVÆ vexilli mei.*

Vulg. *Et vocavit nomen ejus: Dominus exaltatio mea.*

Ab. Esra: *Et vocavit nomen ejus: Altare Domini vexilli mei.*

Junius:

Luther. *Mose bauet einen Altar/ und hieß ihn: Der HEIL Nisi/ (das ist: Mein Panier.)*

Concl. 1. Verba illa נסי יהוה non stant *Syncategorematicè*: vel, ut terminus *categorematicè*: sed perfectè *enunciativè*: & adeò

M m

nes

nec יהוה fiat sub notione *denominantis*: diversus enim postus est
 ויקרא לו יהוה שלום Jud. 6, 24. id est, *Dominus vocavit illum*:
 PAX: ויקרא שמר יהוה נסר & Mosche vocavit illud: *Domi-*
nus est vexillum meum: sed *denominati*: nec totum illud comple-
 xum aliter reddendum, quam in casu recto. Docet id accentua-
 tionis proportio, unde sententia Haggaonis in locum Jer. 23. & 33. à
 R. Ab-Esra in Exod. 18. ad v. 3. rectè dicitur כעל הטעמי
 seu error in Magistrum accentuationis, qui concludit ibidem
 non solum Zidkenu: sed totum IHOVAH Zidkenu esse שם המשיח
 conf. Rabb. in h. l. Neq; Plisk Mercatum est subjecti & objecti
 distinctivum: nedum quod plus distinguat, quam Tipcha.

Concl. 2. Illustre nomen נס à rad. נסס (cui in alto directè
 expandendi, & inde vexillum erigendi inest significatio, quomo-
 do ἄνεμος ὄψῳ seu imaginarius נסס Hebræis dicitur Es. 10, 18.)
directum, seu *sub dio in altitudinem erectum* notat, quæ est *signum*
militare, in hastæ summitate, quomodo e. c. apud Romanos erat
aquila aurea summa haste insiciens in pelta, & fulmen unguibus te-
nens, & ipsa vexilli pertica, seu hasta extensa, unde est, quod de
 illo passim: de hoc non nisi semel dicatur in scriptura conf. de
 illo Esa. 13, 2. Jerem. 31, 12. de hoc Num. 21, 8. quomodo &
 apud Poetas:

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
 extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.
 --- --- --- simul omne tumultu
 conjunt trepido Latium

ad quæ commen. Alludit ad consuetudinem Romanorum, qui in subitis
 tumultibus duo vexilla ex Capitolio proferebant, ad quæ sese recipiebant,
 qui Romam salvam volebat: cæterum vexillum rectius est נס: ut
 נס signum in vexillo. Sic de perticâ, non minùs elegantèr Poeta:
 Pertica suspensos portabat longa maniplos:
 Unde manipularis nomina miles habet.

Concl. 3. In hasta sc. extensâ, quæ & inde נס dicitur, erat
 signum militare, quomodo signum Legionis apud Romanos fuit
 Aquila: quamvis & illam Persis usurpatam fuisse, ex pulcherrimo
 Xenoph.

Xenophontis loco constet, qui de Cyro: *λυῶ, inquit, αὐτῷ τὸ σημεῖον, χρυσεῖς ἀετὸς ἐπὶ δόρατι μακρῶς ἐκτεταμένῳ. Ἐν ἑνὶ τῶν τοῦ σημεῖον τῶν περὶ τῶν βασιλέων Δαμάσκη, i.e. Erat ei signum aquilæ aurea in hastâ longâ extensâ, Ἐν nunc quoq; ipsum hoc insigne Persarum Regi manet. Tale sc. signum in summitate hastæ longæ, extensæ, vere* **□□** dicitur.

Concl. 4. Ubi notandum **□□** Hebræorum, distingui à **□□** illud scil. erat signum (sive id esset Aquilæ, sive Bovis, sive Imago Romani Principis, in summitate hastæ fulgens, quomodo figuras illustres videre licet apud J. Lipsium comm. in Polyb. lib. 4. p. 271.) **□□** autem propriè est flamula, velum, *expansum ad hastam*, idq; rectius quæm **□□** vexillum dicitur. Sic *Labarum* grande & maximum vexillum imperatorium, verè fuit **□□**; non **□□**: unde etiam in LL. tit. peculiaris de Præfectis Laborum, quomodo & postera ætas & jam in 4. suis castris, 4. vexilla habuit Israel in deserto. Patet hinc tum quæ ratio sit IHOVAH NISSI: tum quæ ratio loci Esaiani c. II, 10. ubi de Christo, vel radice Isai dicitur, quod stet in *Nes* seu *signum populorum*: statimq; additur: *Nach welchem werden die Henden fragen.* Ad textum redimus: IHOVAH NISSI, fides est Ecclesiæ, quæ hoc ipso profitebatur 1. *Excellentiam, s. celsitudinem, exaltationem sanctorum*, non esse nisi in *Jhovah, qui in altis habitat.* 2. Eundem Jhovah sibi in illâ cum hostibus *militiâ*, instar *militaris fuisse signi*, in quod unicè intenderit *fides bellantium*: 3. signo IHOVAH Israeli stetit victoriâ: non vincētis robore, sed signi **□□** virtute. 4. neque aliud illo *manus Moysi erecte* signo notatum, quam *ἐξ ὕψους* Israeli constare, victoriâ: eumque tum esse invictum: cum sursum corde, in hoc signum, respicit, & quamdiu symbolum agnoscit *Jhova Nissi*: quod ubi negligentius respicit, vel paulisper deserit, vincit Amalek, non superior, nisi demittente manus Mose. Israeli ergo his stat victoriâ signis. Patet autem ex dictis, nec *Vulgatum* errasse, cum reddidit: *Dominus exaltatio mea*: nec planè *Chald. & Munsterum*, qui expresserunt *miraculum*, vel *signum miraculosum*: quod **□□** vocant Chaldæi & Rabbini. Verè enim fuit *signum excelsum & admirabile*: erigente ad cælum manus & baculum Mose, in excelsu

ecolle. & hoc ipso quasi intonante: *sursum corda*, solo hoc signo vi-
toriam reportare.

Concl. 5. Qui ex hoc complexu *Jhovah Nissi*, concludunt,
nomen *Jhovah* alicui competere, qui non sit natura summus Deus, in-
epti sunt magis, quam ipsi Judæi, & Photiniani, qui dudum agno-
verunt infirmitatem argumenti. Expresse in h. l. Raschi: Vo-
cavit nomen altaris: *Jhovah Nissi*: i. e. *Dominus fecit nobis hoc loco*
signum magnum & admirabile: non quod altare illud dictum sit Jhovah:
sed quod המזכיר seu ille qui meminit nominis altaris, per memoriam
altaris recordatur simul magni illius signi miraculosi, quod ibi exhibue-
rit *Jhovah*, qui solus nobis est vexillum. Hactenus Raschi. Ex Pho-
tinianis Volkelius l. de V. R. p. 83. ponit loc. ubi sit nomen יהוה
cum adjectione: Gen. 22, 14. Exod. 17, 15. Jud. 6, 24. Jer. 23, 6. c. 33, 15.
& addit: Ex his locis duplicis erroris nata est occasio: alij ex distantia
istarum rerum a summo Deo, concluderunt, nomen illud non esse summi
Dei proprium: alij contrarium statuerunt, & proinde eò delapsi sunt, ut
eum, qui summus Deus non est, esse crederent, quia id nominis ei tribui
videatur. Errorem vocat, ex his locis concludere nomen *Jhovah*
non esse summi Dei proprium: licet putet consistibilia esse hæc duo:
1. Nomen יהוה ob εξοχλὴ divinæ excellentiæ soli summo Deo est
proprium. 2. Nomen יהוה representantibus illum Angelis verè tribui-
tur, idq; absolutè: ut ita e. c. Christus, post natiuitatem ex virgine, re-
spectu illius representatiõis excellentissimè dici possit *Jhovah*: at qui in V.
T. ne quidem potuerit representare *Jhovah*, cum ante natiuitatem ex
muliere, ne quidem extiterit, nedum, quod ex sua persona, ut *Jhovah*
loqui potuerit: undè in illam blasphemam impudentiam prola-
bitur Volkelius ut concludat: Nullus potest proferri locus, ubi no-
men *Jhovah* absolutè prolatum tribuatur Christo. Quam monstro-
sam hæresin alibi excussimus. *Νὺν τὸ δὲ ἐν πατρίῳ θεῶν.*

Concl. 6. Aliud est totum enunciatum complexum, in quo si-
ve in casu recto: siue obliquo stat nomen *Jhovah*, nominaliter de cre-
atura enuncitari: aliud terminum formalitè in complexum seu nomen
יהוה stans in illo complexu, ulli præter summum Deum tribui.
Ab attributione sc. totius enunciati, complexi siue & formalis & ma-
terialis, siue materialis tantum, ut in nominibus: *Ihozadak*, *Iho-*
natam

natan, Ihojakim &c. ad attributionem termini, sive expliciti: *לְוֵה*
impliciti, non valet conseq.

Concl. 7. Scilicet alia est ratio denominandi e. e. quando
לְוֵה vocatur *פְּלֵא* item *גְּבוּר* *נֶל* vel *צֶמַח דָּוִד* vocatur,
יְהוָה צַדִּיק: alia quando altare vocatur, vel: *Dominus vexillum*,
meum, vel: PAX: vel ex hypothese, *Iruschalem*, *Jhovah Zidkenu*: ibi
nomen tale, verè realiter, intrinsecè, propriè & actu primo, com-
petit denominato: hìc saltem *ἑλῶς*, signativè, & ut memoria-
le: unde e. c. hìc: altare nominatur *Jhova Nissi*, propter illum, qvì
alius est ab altari, & verè *יְהוָה נֶס* *יְהוָה*: non autem ibi: *יְרֵד* di-
citur *פְּלֵא* vel *גְּבוּר*; *נֶל*; item *Zemach David*: *Ihovah Zidkenu*,
propter alium, qvì verè sic *פְּלֵא*: item verè *יְהוָה צַדִּיק*: sed funda-
mentum denominationis, sub notione principii, est in illo ipso *Ze-*
mach David denominato, qvìa sc. ipse *עָשָׂה מִשְׁפַּט וְצַדִּיקָה בְּאֶרֶץ*,
ut ibidem additur: & ipse est *מֹשִׁיעַ אֶת יִשְׂרָאֵל*. At non item
altare hoc in seipso habuit *fundamentum denominationis*, nec *prin-*
cipium fuit victoria Israelis: sed illo supposito saltem *signum*, & *me-*
moriale salutis, & adeò quando altare signativè & *ἑλῶς*
extrinsecà denominatione nominatur: *Jhovah Nissi*; in conceptu
nominantis manet *Jhovah* nomen summi Dei. Illud ergò: Et æ-
dificavit ibi altare: & vocavit nomen ejus: *Jhovah Nissi*, qvìa hoc
membrum nihil aliud est: qvàm ædificasse illud altare illà inten-
tione, ut *monumentum esset seu belli illius sacri eucharisticū memoriale*,
& adeò *ἑλῶς*, *IHOVAH NISSI*: neq; dubium qvì in ipse
Moses peculiari ad hoc altare *Majestatis illius & signi Jhovah præ-*
dicacione Deum coluerit, uti rectè *Chald.* expressit. Cete-
rum id magis constabit ex ipso Mose illud: *IHOVAH NISSI* ex-
plicante, versu & capituli, & *Pharascha* ultimo, de quo esto

LOCUS VI.

וַיֹּאמֶר כִּי-יָד עַל-כֶּסֶף יְהוָה מִלְחָמָה לַיהוָה בְּעַמְלֵק מִדֹּר דָּר:
וַיֹּאמֶר בְּשִׁבוּעָה אֲמִידָה רָא מִן קִדְמָה וְחִילָא דְשַׁכְנִיתָ.
Chald. מִדְּרֹמָה יִקְרָא דְעֵתִיד רִיתְגַח קִדְמָה קִדְמָה יְהוָה
כְּפִירָת עַמְלֵק לְשִׁבוּעָתָהּ מִדְּרֹמָה דְעַלְמָה:
Mm3 Id.

Id est, Et dixit Mosche: *Juratus est Deus terribilis, seu reverendus, cujus gloriosa habitatio est super tronum majestatis, quod instaurandum sit bellum coram IHOVAH cum domo Amalek: ut excindantur illi ex generationibus seculi.*

LXX. εν χειρὶ κρυφεία seu, in manu occultâ πολέμῃ κύει. *Ἡ Αμαλεκ ἀπὸ Ἰσραὴλ εἰς Ἰσραὴλ.*

Abr. Sephardi: Et dicit Mosche: Quoniam manus (impii Amalek) super tronum Dei, seu, quia ille voluit ponere manum super tronum Dei, qui est Iruusalem, propterea bellum erit Domino in Amalek.

Tremell. Et dixit: Quia manus Hamaleki fuit contra solium IAH (propterea) bellum ἀσπενδον erit Domino in Hamalekum, de ætate in ætatem.

Junius: Et dixit: Quia manus (Dei) elata est (Deus symbolo publico veluti elata ad juramentum manu testatus est) ad solium IAH: bellum Domini in Amalek perpetuum erit.

Vulgatus: Et dixit: Quia manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Luth. Denn er sprach: Es ist ein Wohlzeichen bey dem Stuel des HERRN/ daß der HERR streiten wird wider Amalek zu Kindes Kind.

Concl. 1. Signum hujus orationis est $\overline{\text{W}}$ Rbiatum, quo ab oratione abstracto, pandit se ipsa Enunciatio. Rectè autem vim & nexum particula *causalem* expressit Lutherus: omnino hîc ratio ponitur extructi altaris & ejusdem nominati s. consecrati in memoriale IHOVAH NISSI.

Concl. 2. Si manus bellatrix Amalek contra tronum IAH, & bellum Domini in Amalek opponerentur hoc scil. sensu: Weil der gottlose Amalek so vermessen gewesen/ daß er ohn einige gegebene Ursache den müden und abgematteten Israel am ersten unter allen Heyden/ auff der reyse aus Egypten mit Krieges-Macht von hintenzu überfallen/ verfolgen/ und die hinterbliebene Krancke und Schwache todt schlagen dürffen/ ja so gar ihm unterstanden/ seine Hand wieder den Thron des ewigen Gottes zu erheben/

ben/ als wolte er denselben umstürzen: Demnach wird hiemit öffentlich
ein stetswehrender Krieg zwischen dem Isracl und Amalek vom HErrn an-
gekündigt/ welches der Isracl stets eingedenct seyn/ und des Amaleks Ge-
dächtnis unter dem Himmel außrotten soll. Tām Sakephkaton esse
deberet in membro 2. & adeo talis accentuatio:

וַיֹּאמֶר כִּידוּד עַל-כֵּס יְהוָה מִלְחָמָה לַיהוָה בְּעַמְלֵק מְדוּר דָּר:
nunc cum Sakephkaton sit membri primi, concludimus, nec per ma-
num יְהוָה עַל כֵּס יְהוָה intelligi manum Amaleki, in oppositione manus
bellantis Dei: sed manum, quæ sit contra Amalek. Non ergo
subsistunt interpretationes Rabbinum illius Abr. Sefhardi, & Tre-
mellii, licet aliàs satis plausibiles.

Concl. 3. Multo minus autem LXX. & Vulgatus satisfaci-
unt formali orationis maiestaticæ: quid enim cum יְהוָה עַל כֵּס יְהוָה
commune habet χεῖρ κρυφαία seu manus occulta? Sanè tronus
Dei, & manus Dei à priori sunt occulta, vel κρυφαία satis: coete-
rum bellum Domini contra Amalek, quod hic denunciatur, non
κρυφαία χεῖρ: sed sub IHOVA NISSI ab Israele conspicuè de-
bebat consumari. *Futurum est, cum quietem dederit Ibovab Deus
tibi ab omnibus inimicis tuis circumquaq; in terra, quam Ibovab Deus
tuus dat tibi in possessionem, ad possidendam eam jure hereditario, ut de-
leas memoriam Hamaleki sub cælo: ne obliviscitor, Deut. 25. v. ult. neq;
verosimile, tam sublimem hinc conceptum illos habuisse interpre-
tes, & vim materialis exprimere voluisse; quos uti alibi: ita hic
circa literas in compositione & divisione. & circa punctationem
erravisse, vix dubium est: scilicet duas voces יְהוָה עַל כֵּס יְהוָה in
unam compegerunt: punctationem quoq; turbaverunt: deniq; parti-
culam עַל interpositam inter יְהוָה & כֵּס, ut præpositam haberunt:
ut ita juxta LXX. talis esset positus:*

כי	עַל	יְהוָה	כֵּס	יְהוָה	מִלְחָמָה	לַיהוָה	בְּעַמְלֵק
ὁ	ἐ	χ	κρυφαία	χεῖρ	πλεμῆ	νύμ	ἡ
Est sic planè evertitur יְהוָה עַל כֵּס יְהוָה seu positus vocum & punctoꝝ,							
כי	יְהוָה	עַל	כֵּס	יְהוָה			
qui	ta						

Eadem ratio Vulgati, qui ex *folio* seu trono fecit adjectivum *folius*. Verum sane vicisse Israelem virtute *solius* Dei, velut JHOVAH NISSI: at hoc loco non mentio fit *solus*: sed *solii*, & troni IAH: neq; dubium, quin olim *solii* fuerit in Vulgato ex quo aliquis Dupondius Donarista, ut acumen proderet Grammaticum & declinandae scientiam fecit *folius*. Abeunt ergo pariter LXX. & Vulgatus.

Concl. 4. Ad manum Moysi erectam caelum versus, respicere praecisam hanc & plenissimam majestatis orationem, dubium nobis est nullum. Scilicet: *Elevata Moysi manus versus caelum tronium Dei* Esa. 66, 1. Victoriā Israelitis, bellum clademq; Amalekitis jam tum attulit c. 17, 11. debebat autem non uno saltem illo praelio Amalek vinci: sed iteratis praeliis, & planè tandem ab Israele excindi v. 14. *Scribe*, ait Ihovah, *hoc ipsum in memoriale in libro illo* (seu in annalibus & commentariis, seu in libro bellorum Domini) & (cum Josua sit introducturus Israelem in terram promissam proinde) *pone in aures Josuae* (inculca id Josuae accuratissime, & trade illi hoc sanctissimum & religiosè tum observandum memoriale, ut non obliviscatur: sed eorum, quae fecerit Israeli in itinere ex Aegypto Amalek recordetur: nec cum eo ullo tempore pacem fanciat: sed ut hostem habeat, & excindat) *nam* (ob Cyclopicam protervi illius hostis impietatem, stat decretum meum, tale scilicet) *omnino excindam* seu delebo, *ipsam memoriam Amalekitarum è terra sub caelo*: facit Moses imperatum & ut publicum exstatet facti & futuri, seu victi, & vincendi, imò planè excindendi Amalek monumentum, altare extruit, sub signo vel memoriali: IHOVAH NISSI, Symbolico tum resp. praeteriti, sc. IHOVAH ipsum, bellatorem fuisse Amalek: tum resp. futuri sc. se toto pectore credere eundem qui in illo praelio fuerat עמד לנס ישראל, etiam in posterum futurum נס ישראל & ejus virtute id praestandum fore, quod paulò ante Deus promiserat, *delendo delebo ipsam memoriam illorum è terra sub caelo*. Hoc ergo gemino respectu altare vocavit Ihovah Nissi: *dixit enim*: quia (non tum saltem, quando ego manum erectam cum baculo versus caelum extuli, & signum pariter ac juratum in Amalekitas Dei decretum ostendi: sed etiamnum) *manus est*

est elata super thronum Jab. (signans amplius adhuc bellum, & inter-
cionem decretam in consilio יי: proinde) bellum erit DOMINO (seu
IHOVAH NISSI) in Amalek, de ante in aetatem usq, dum delebitur
planè è terrâ sub caelo, & ita perfectè innotescat IHOVAH NISSI.

LOCUS VII.

Summa Pharaschæ Jibro.

Concl. i. Quod ab adventu Jironis ad Mosen, in castra Israelis
prope montem Domini, ejusq; honorificâ exceptione, conver-
sione, & per illum Reipublicæ ordinandæ præscriptione, Phara-
scha incipiat, commodè ab alterâ voce, Juro dicitur. Capita e-
jus generalia sunt. ישיבה יקון seu Reipublicæ politica constitutio,
ubi Jironis consilium, & Mosi factum c. 18. 2. שכנינו סיני seu ma-
jesticata Dei in monte Sinai revelatio, & propter hanc Israelitarum
sanctificatio, seu legalis מעצונו, vel preparatio c. 19. 3. מן התורה
seu solemnis inter tonitrua, fulgura, & buccinarum celestium,
legis seu Decalogi promulgatio c. 20. ad v. 22. 4. מוכח ארסה seu
specialis de altari in ambulatoriis castris extruendo, præscriptio
inde ad finem usq; Pharaschæ. Qvin à cap. 19. incipit altera pars
Exodi, cujus מעצונו est cap. 19. ipsa Legum ordinatio à cap. 20
ad 32. & deniq; Legum executio, inde ad finem Exodi.

LOCUS VIII.

Adventus & Confessio Jironis.

Luth. Nu weiß ich/ daß der HErr grösser ist/ denn alle
Götter/ darumb/ daß sie Hochmuth an ihnen geübet haben.

Vulg. Eò quod superbè egerunt contra illos.

Trem. Eà ipsâ re, quâ superbiunt, Jhovah est su-
perior illis. (id est, omni gloriâ & virtute, quam gloriose de suis i-
dolis gentes prædicare solent.)

LXX. Ενεκεν τούτων ἐπὶ τῶν αὐτῶν, id est, Propterea
quod superbè egerunt illis.

Chald. Nunc cognovi, quod magnus sit Dominus, & quod
non sit Deus, nisi solus ille: porro: כפרתא די חשיבו מצראי לכרן

ישראל כיה רננוק id est, *Illâ ipsâ in re, quâ cogitarunt Aegyptiis
judicare Israelem, ipsi ab Israele judicati sunt.*

Textus: **כי ברבר אשר זרו עליהם**

Concl. 1. 1. *Occasio adventus Jitronis in castra Israelis fuit fama
educti potenti brachio, Israelis ex Aegypto, submersi Pharaonis in
mari rubro, & tot ac tantorum miraculorum, plagarû, ac in Israe-
lem beneficiorum v. 1. 2. Comitatus Jitronis fuit Zippora uxor Mo-
sis, ex indignatione ob circumcissum Elieserem Exod. 4, v. 25. vel
ab ipso Mose ex diverforio illo in Aegyptum ad parentes remissa:
vel à Marito Mose ob sanguinem illum, remissis arrhis alienata &
profuga. 2. duo Mosis ex Zipporâ filii, Gerson & Elieser v. 3. 4. ut in-
cesserint ordine 1. Jitro, 2. Filii, 3. Zippora. 3. Locus, ubi adve-
nit in castra jitro, memoratur desertum illud, in quo mons El. him,
Choreb v. 5.*

Concl. 2. Neq; verò irrumpit in castra, sine debita Mosis &
Israel honorificentia, & indicata praesentia: sed sive per internuncium,
sive, quod verosimilius, per epistolium intimat Mosis, adventum, idq;
favorabiliter, per distinctam comitatus favorabilis nomenclaturam:
1. Ego Socer tuus Jitro venturus sum ad te: 2. & Uxor tua. 3. & duo fi-
lij eius cum illa. Simul Mosis adventus intimatur soceri, procedit in
occursum ei: & cum incurvatione osculatus est Socerum, alter de sa-
le percontatus est alterum; deducit Mosche illos in tentorium: hinc à
prima origine beneficia Israel à Deo, tum mirifica ex Aegypto liberatio-
ne, tum mirabili per tot molestias deserti transvectione praestita, Mo-
sche Jitroni narrat, v. 8.

Concl. 3. Per quam concionem Mosis operante Spir. Sancto,
spiritualis lætitia, **משוש בשמחה לפני אלהים** seu **משוש בשמחה**
exoritur in Jitrone Socero, qui proinde lætatus super omnibus illis
beneficiis, quibus affecerit Ihovâ Israel, v. 9. exclamavit: *Benedictus
sit Ihovâ. Nunc agnosco, magnum esse Ihovâ præ omnibus Diis*
כי ברבר אשר זרו עליהם v. 11. neq; solâ Majestatis Dei Israelis confessione:
sed & ipso oblationis opere profitetur se in posterum membrum fore Ec-
clesiæ Israeliticae. quia ipsa Ecclesia, in suorum sacrorum communio-
nem,

nem, litronem recipit, dum *solemne coram Deo*, qui pro more se in nube spectandum exhibebat, instauratur ex Eucharisticis sacrificiis epulum: unde venit *Abron*, & omnes Seniores *Israelis*, ad comedendum cibum cum Socero *Mosis* coram Deo ipso v. 12. non excluso Mose quippe in cujus vescebantur tentorio. Atq; hoc ordine processit *Itronis* conversio, & in Ecclesiam *Israelis* cooptatio, quæ primum est capituli argumentum: uti præscriptio consilii de administrandâ Republicâ, secundum à v. 13. ad finem. De memb. 2. supra expresso quæritur. Tremellio repugnat *accentuati* quæ talis fuisset

כִּי בִרְכַר אֲשֶׁר זָרוּ עִלְיָהֶם:

nunc cum sit *כִּי בִרְכַר* non *זָרוּ* subordinantur *עִלְיָהֶם* in sensu: *Johvah* est *עַל מִזְרָחֵם*: sed *הֵם* subordinantur ut subjectum passivum, in quod agunt *עִלְיָהֶם אֲשֶׁר זָרוּ*. Chaldaeus additamento peccavit: LXX. Vulg. & Lutherus, si detur ellipsis, conciliantur.

4. Sensum simplicem ponimus, quem *accentuatio* & *positus* confirmat. Nunc, inquit, litro, *verè scio*, quod *magnus sit Ibovah*, præ omnibus *Dus*: quia (tam magnus fuit, tam gloriosum se manifestavit, tam justum iudicium exercuit) in illa re, in qua tam superbe, tam ferociter *Egyptij* egerunt (idque non ex ignorantia: sed datâ operâ, cum ebullitione quasi inarum suarum & effervescentiâ, tum de superbi- entes) contra illos (*Israclitas* sc.) Sensus evidens & minime coactus.

LOCUS IX.

Exod. XIIX 21.

Consilium Itronis Politicum.

Siehe dich umb unter allem Volck nach redlichen Leuten/ die Gott fürchten/ wahrhafftig/ und dem Gott feind sind/ die sage über sie.

Concl. 1. Summa consilii est: *Moses solum ad iudicia graviora & difficiliora, in quibus Deum consuli oportet, attendito, & illa ad Deum referto* v. 19. 2. *Responso à Deo in casibus dubiis accepta, populo exponito*, v. 20. 3. *Res humanas faciliores, nec tam dubias, ut in illis oporteat Deum consuli, per subordinatos inferiores Iudices procurato, & huic fini iudices certos præscito, eorumq; potestatem certis legibus circumscripto*, v. 21. 22. Quo facta, & consilia hoc ab Elohim comprobato

Nn 2

contra-

contrarius à litrone ex hoc iudicii modo effectus promittitur v. 23. sc. sic & tu Moses poteris subsistere, so konst du es auffhalten/ ne sc. נבול רבול & populus hic mature expeditis rebus ad locum quisq; suum redire potest cum pace.

Concl. 2. Quis, præficere debeat exponit litro v. 21. Tu Moses prospicito accuratissime, sanctissime, usq; adeo ut ipsum pectus quasi possis penetrare. Si quæras, quomodo Moses potuerit in ipsum pectus introspicere? Respond. Raschi: ברוח הקודש שערך per spiritum sanctum qui est super te. Rediè. Quos ordinare debeat explicat Mosche.

Schema tale est:

אֲתָרוֹ תְּחַזְקֶה מְכַרְהֵם
אֲנָשֵׁי חַיִּל יִרְאֵי אֱלֹהִים
אֲנָשֵׁי אִמְרַת שְׂנֵאֵי בְצַע

Constat inde: illud אֲנָשֵׁי חַיִּל poni, ut requisitum iudicis speciale: & adeo quaternarium esse requisitorum: deberet aliàs esse *Gereseh* ante *Tlsh bagdola*.

Concl. 3. Vult ergo i. esse אֲנָשֵׁי חַיִּל, quomodo & Chald. גְּבִרִין דְּחַיִּל, Græci *αὐδραδία*, die stark seyn und bestehen können/ Rab. AbenEfra: מַחֵם וְפַחְדוֹ מַחֵם הַסֵּרֵחַ וְלֹא וְפַחְדוֹ מַחֵם שֵׁשׁ בָּהֶם כּוֹחַ לְסַבּוֹר הַסֵּרֵחַ וְלֹא וְפַחְדוֹ מַחֵם id est, die Kräfte und Stärke haben/ die Berichts Last zu tragen/ und in ihrem Richterlichen Ampte behert seyn. Rabbi Samuel Jarchi: עֲשִׂירֵים שְׁאֵין צְרִיכִים לְהַחֲנִף וְרַבִּי פְנִים i. e. Reiche und wohlbegüterte Männer/ die nicht aus Armuth vonnöten haben zu heuchlen/ und die Person anzusehen. Omnes hos interpretes admittimus, quippe qui aliquid expresserunt, quod in אֲנָשֵׁי חַיִּל requiritur, & quod ipsa vox חַיִּל admittit, quam *divitias* notare, ex innumeris locis constat: quin ut plurimum *corruptum esse Arcopagum*, ubi illi præident, qui fordide egent, & *verba inopia adsciscere Ablativum*, exempla testantur seculi. Cæterum primo hoc requisito vult per petronem Deus, eligi: *Viros idoneos*, qui substare possunt, velut columna rebus agendis, *nichtige Männer/ die den Dingen bestand seyn*

seyn: ad quam idoneitatem plurima requiruntur, quæ vox ipsa indicat, e. c. quod esse debeant $\text{Co}\phi\text{i.} \text{C}\omega\text{2}\text{bi.} \text{an}\delta\text{p}\alpha\text{i.} \text{ix}\nu\text{ei.} \text{d}\omega\alpha\text{bi} \text{Phi}\lambda\text{m}\text{on}\text{bi.}$

Concl. 4. Requisitum secundum iudicium est, ut sint $\text{ירא} \text{אלהים}$: $\text{G}\text{o}\text{ttsf}\ddot{\text{u}}\text{r}\text{c}\text{h}\text{t}\text{ig}\text{e} \text{M}\ddot{\text{a}}\text{n}\text{n}\text{er}$. Plus involvit hoc requisitum palmare $\text{יראת} \text{אלהים}$, quam quod ulla expresserit translatio. Fundamentum proximum, quare in iudicibus requiratur $\text{יראת} \text{אלהים}$ est in *varia & officiarum representatione Elohim*, quatenus scilicet sunt verè Elohim, seu in iudicio, quod est Jhovah, $\text{מקימו} \text{משפט} \text{על} \text{הארץ}$ die das Gerichte dem HErrn halten/ hie nieden auff Erden. Unde & Dii dicuntur, & Deus fortis iudicare in medio Elohim Psal. 82, v. 6. quoniam hinc est quod in hoc requisito ex divinis nominibus solum Elohim ponatur: scilicet *iudicium est Elohim*: $\text{משפט} \text{אלהים} \text{הוא}$ ait Mosche Deut. 1, 17. ab hoc Elohim seu à Patre, Filio & Spir. S. tribus personis, quibus autoritative competit משפט , etiam iudices terrestres constituti sunt Elohim in officio illorum vicario, unde Conclusio fuit talis: *Qui specialiter representant Elohim supremum iudicem, in officii vicarii & iudicarij excellentia, ita ut exinde dicantur Elohim, illi quoque specialiter representare debent Elohim, tota praxi iudicaria.* Patet hinc quam late pateat hoc requisitum iudicis. Uro verbo: *Der im Gerichte an Gottes Statt sitzt, soll auch in sothanem Richter. Amptt. also ihum was Gottes ist.* Quod si ergo Conciliis, vel iudiciis hoc unicum inesset, quod vocatur Hebræis $\text{יראת} \text{יהוה}$, statim omnis $\text{ε}\nu\epsilon\sigma\sigma\pi\alpha\lambda\eta\psi\iota\alpha$, & illa detestabilis affectuum insania, quæ mentitur $\text{יראת} \text{אלהים}$ tota deniq; illa *fraudam, respectuum, corruptionum* pestis, ex iudiciis nostris relegata rueret in Morboniam.

Concl. 5. Exemplum excellentissimum, ipse noster Messias fureculus Isai est: de quo dicitur Esa. 11, 3. *Non secundum aspectum oculorum: nec secundum auditionem aurium iudicabit: sed iudicabit egenos iuste: & mansuetos terræ, corriget in rectitudine:* unde autem illud? quia scilicet (uti v. 1. & 2. immediate præcedit) in illo excellentissime est $\text{יראת} \text{יהוה}$; imò *requiescit super illum ipse Spiritus* $\text{יראת} \text{יהוה}$: &

N n 3

ipsum

ipsum odorati ejus, seu omnis cognitio, omnis sensus ejus, est כִּרְאָת יְהוָה
quippe qui cognoscit יִשְׁפָּט וְיִשְׁפָּט וְיִשְׁפָּט אֶת כָּל הַבְּרִיּוֹת, ex communicatâ o-
mniscientia. Unde pater excellentiam judicii Messia (etiam ju-
dicii futuri יְיָ אֱלֹהֵינוּ) fundari in excellenti כִּרְאָת יְהוָה.

Concl. 6. Atq; ex hoc spiritu requiescente super Messiam sur-
culum de radicibus Isai, fluit, eructante illam, unâ cum spiritu, sapi-
entia, omnis כִּרְאָת יְהוָה in illos qui convertuntur ad clamantem, ad
redarguentem, & manus extendentem sapientiam, quæ proinde non
saltem clamat in Ecclesia: sed & in portâ, seu in judicio, quia
nec sine כִּרְאָת יְהוָה in Ecclesia vel Politia aliquid salutare expe-
ditur: nec ipsa כִּרְאָת יְהוָה nisi à sapientia essentiali, per eructatio-
nem spiritus impetratur.

Concl. 7. Tertium Judicis Ismelis requisitum ponitur אֱמֶת
veritas: vult enim iudices esse אֱמֶת אֱמֶת. Succinctè hanc vir-
tutem expresserunt Chald. כְּרִיבִין דְּקִשּׁוּט rechschaftene wahrhaftige
Männer. Rab. Aben-Esra: שְׂאִינָם כּוֹבְנִים, die keine Lügner
und Aufschneider seyn. Optumè autem vim vocis expressit Raschi:
אִנּוּ בְעָלֵי הַבְּטָחָה שֶׁהֵן כֹּדְאִי וְסִמּוֹךְ עַל דְּבָרֵיהֶם שֶׁעַל וְרִי
פְּיָם i. e. Hi sunt Domini fiducia, *ἰσχυροί, f.*
qui sententiæ, juxta timorem Domini concepta adherent firmiter si-
ne fluctuatione, & sunt sufficientes, ut eis credatur, & ut quis sermoni
eorum innitatur, nem qui ita loquuntur in judicio, ut clarè & rectè exau-
diri possint, solche Männer/welche/ 1. wenn sie in der furcht Gottes einen
guten Muth gefasset/ mit bestande darüber halten/ nicht hin und her wehen.
2. Welche also im Gerichte reden/ daß man etwas gründliches aus ihrem
reden vernehmen kan/ nicht etwan aus Menschen Furcht ihre Rede auff
Schrauben setzen/ oder aus unwissenheit reden/ das weder Hände noch Füße
hat. 3. und demnach solche Männer/ die also reden/ daß man auff ihre
Worte bauen kan. Probamus hanc expositionem velut ac-
curatam. Notetur occasione loci ex Rabbinis jam allegati: ha-
bere Rabbinos tria vocabula quodammodo consonantia: at sensu
heterogenea: sc. כֹּדְאִי seu Baddai est mendax: כֹּדְאִי f. caddai est ve-
rax, f. qui ita sufficit, ut ei credi possit: וְרִי Vaddai, est אֱשֶׁר
bonus: occurrunt in uno Rabbinorum proverbio: כֹּדְאִי שֶׁל כֹּדְאִי
אֱשֶׁר

אִם יִאמַר וְיִי אֵינוֹ כִּרְאִי, i. e. Poena mendacis est, ut etiam, ubi dicit, id quod est confessum seu verum, tamen non sit sufficiens, ut ei credi possit. Ultimū deniq; requisitum *judicum* hīc exprimitur in עָצָה לְשׂוֹנְאֵי לֹדוֹ הַבְּעִי לְעִוְבֵי עֵצָה qvōmodo Græci: *μισῶντες ὡλεσνεζίας*, qvæ propriè est cupiditas plus habendi præ aliis. Chald. סְנִי לְקַבְּלָא מַמְוֹן qui oderunt accipere Mammon. aliani ab acceptione Mammon, die keine Mammons Diener seyn/ und durch kein Ansehn/ Geschenk/ Freundschaft/ eigene Ehre/ sich wenden lassen/ oder auch das Recht/ und ein gut urtheil verkehren: unde מַעֲבָרֵי מַעֲבָרֵי מַעֲבָרֵי conf. Chab. c. 1. 2. 3.

Concl. 8. Qværitur. *quomodo conveniat huic loco cum altero Num. 11. ubi LXX. de senioribus Israelitarum, Mosi adjuncti, & Extraordinario signo, prophetandi. sc. dono ex indito Mosi spiritu sunt confirmati?* Resp. *autoritas* fuit distincta: illi sc. qui memorantur Exod. 18. & Deut. 1. sunt adjuncti Mosi ut *judici* ad *privatarum causarum* & *litium* decisionem: hi adjuncti Mosi, ut *Reſtori*, ad publicam totius Reip. Israelis administrationem, conf. Exod. 18, 16. Deut. 1, 16. Num. 11, 16. Qvæ. 2. An qvæ memorantur Num. 10. de Chobab seu Ietrone sint gesta eodem qvo hæc Exod. 8. tempore? Affirmat. Qvæ. 3. An litro venerit in castra Israelis ante מִתְּחִילָתָא s. *promulgationem legis*? Resp. Neg. sed post legem latam jam erecto tabernaculo anno secundo: probatur 1. ex Deut. 1, 7. 9. 2. ex Exod. 18, 12. 20. 3. ibid. 5. & Num. 10, 29. 30. 31.

LOCUS X. Exod. XIX. 5. 6.

Ihe solt mein Eigenthumb seyn/ für allen Völkern: denn die ganze Erde ist mein: und ihe soder mir ein Priester/ sich Königreich/ und ein heiliges Volk seyn.


Concl. 1. Ad alteram nunc Exodi partem accedimus, quam *Legalem* esse supra diximus, totumqve hoc cap. 19. *ἡ δευτέρα ἐκείνη* secundæ partis *Legalis*, ipsiusq; *primæ Legū promulgationis*, ad quam venit הַהוּא ex myriadibus sanctitatis, eiq; adfuit à dextrâ ignis *Legalis*. In hæc ergo *παρὰ τὴν ἑσθλὴν* legali notamus i. temporis *circumstantiam*, quam sinit membr. 1. v. 1. in illo כְּחֹדֶשׁ הַשְּׁלִישִׁי ab Exodo, sc. seu mense Exodi.


Concl.

Concl. 2. In commemoratione beneficiorum prætorum
 est mentio portati Israelis super alas Aquilarum, quo ex ornitologiâ, &
 Aquila figura depromto exemplo, paterna *Φιλανθρωπία* Dei erga I-
 sraelis Ecclesiam, & hujus propugnatio ac custodia commodè de-
 scribitur: quin in uno hoc beneficio plura occultantur & exhibentur
 sc. *suppositâ pullorum exclusione, & vitali incubatione*, notatur 1. *status*
elevationis ex quo abjectissima & angusta vilitas: ubi Aquilarum ni-
 dus, Israelis *Ægyptus, servorum domus*: notatur 2. *status elevationis*
per quem, & ad quem excelsa sublimitas.

Concl. 3. Promissio in futurum est 1. *Israel erit תבואה summi*
Dei præ omnibus populis: ratio est: quia Deo est omnis terra: quæ ipsa di-
 cit 1. *autoritatem absolutam* sc. i. cui est omnis terra, is liberè potest,
 hunc vel illum populum adsciscere in peculium, 2. *misericordiam*
indebitam: qui ex omnibus tot ac tantis populis terrarum orbis,
 unum sine merito vel ratione discretionis adsciscit in pecu-
 lium, is id facit ex indebitâ & ineffabili gratiâ, conf. Deut. 7, 7. 8.
 cap. 9, 5. Vox תבואה peculium notat, item thesaurum excellenter &
 peculiaritèr & propriissimè dilectû, Græci per *ἐξαιρέτων λαὸν ἀειδίον*,
 item *ἀειμονήσων*, i. e. *populum peculiarem, eximium, peculiaritèr acquisi-*
tum expresserunt. Chald. *Eritis mihi דילי דילי dilecti præ omnibus aliis*
populis. Atq; hæc est gloria filiorum Dei, quod sint propriissimum Dei
 peculium, quod sint *ἐν τῷ ἡρώτη μόνως* excellentèr dilecti, quod
 sint specialitèr desiderati, gloriosi, & tales in quibus est speciale summi Pa-
 tris delirium: quod beneficium Johannes intuitus: *ἰδετε*, exclama-
 vit, *ποταπλὸν ἀγαπᾶ δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ ἵνα τινα αὐτῷ κληθῶμεν*
 1. Joh. 3, 1. conf. Tit. 2, 14. & notetur non notari hæc voce in totis
 scripturis, nisi tale peculium, vel talè thesaurum, qui est sacer & Regius,
 conf. 1. Par. 29, 3. Eccl. 2, 8. quæ observatio apprimè huic loco con-
 venit: statim enim explicatur illud תבואה per *Regale Sacerdotium*.
 Conf. Locus illustris 1. Pet. 2, 9.

os) * (so





כדאן , i. e. Poena *men*
 dicit, id quod est *confessum* seu *verum*, tamen
 credi possit *Ultimum* deniq; *requisitum* *jud*
 כעצן כעצן *odio habentes lucrum*, atq; adeo
 quomodo *Græci*: *μισῶντες ὡλεσiveness*, qu
 plus *habendi pro aliis*. *Chald.* מוסרן מסרן
Mammon. *aliam ab acceptione Mammon*, die
 feyn/ und durch sein Ansehn/ Beschenct/ Freund
 wenden lassen/ oder auch das Recht/ und ein gut
 כעצן כעצן *conf. Chab. c. 1. 2. 3.*

Concl. 8. *Quæritur 1. quomodo conve*
Num. 11. ubi LXX. de senioribus Israelitarum,
dinario signo, prophetand. sc. dono ex indito M
ri? Resp. autoritas fuit distincta: illi sc. qui
& Deut. 1. sunt adjuncti Mosi ut iudici ad pra
rium decisionem: hi adjuncti Mosi, ut Rech
Reip. Israelis administrationem, conf. E
Num. 11, 16. Quæ. 2. An quæ memorantu
seu letrone sint gesta eodem quo hæc Exod.
Quæ. 3. An litro venerit in castra Israelis a
gationem legis? Resp. Neg. sed post legem lata
anno secundo: probatur 1. ex Deut. 1, 7. 9. 2.
bid. 5. & Num. 10, 29. 30. 31.

LOCUS X. Exod. 1


Ihr sollt mein Eigenthumb seyn/
 denn die ganze Erde ist mein: und ihr s
 lich Königreich und ein heiliges Volk

Concl. 1. *Ad alteram nunc Exodi parti*
Legalem esse supra diximus, totumq;
σχευασηδν *secundæ partis Legalis, ipsiusq;*
ad quam venit מוסרן *ex myriadibus sanctita*
trâ ignis Legalis. In hæc ergo παρσ
circumstantiam, quam sinit membr. 1. v. 1.
ab Exodo, sc. seu mense Exodi.

iam, ubi
 nis, ut ei
 mitur in
 araritia
 cupiditas
 accipere
 Diener
 chre/ sich
 unde

um altero
 extmor-
 confirma-
 Exod. 18.
 um & li-
 m totius
 eut. 1, 16.
 Chobab
 Affirmat.
 promul-
 bernaculo
 . 20. 3. i-

olstern:
 Drifstern
 s, quam
 desmaea-
 ligationis,
 it à dex-
 temporis
 כחשן
 Concl.



the scale towards document